GREGORIUS [illegible] XIII episcopus servus servorum dei universis christifidelibus presentes litteras inspectu-
ris Salutem et apostolicam benedictionem Unigeniti filii dei Redemptoris nostri Jesu Christi qui pro reconcilianda suo authori humana natura de summo celorum
solio ad huius mundi infima descendere et nostre mortalitatis carnem ex utero virgineo assumere ac tandem in ara crucis errata nostra diluere
ineffabili charitate dignatus est Vices licet immeriti gerentes in terris gregem dominicum cure nostre divinitus creditum ad viam lucis eterne
perducere satagimus et ut id certius succedat singulos gregis eiusdem quorum merita pro demeritis penitus sunt imparia ad pia et meritoria opera
exercenda spiritualibus muneribus Indulgentiis videlicet et peccatorum remissionibus libenter invitamus ut per illa felicitatis eterne premia faci-
[illegible] Jacobi [illegible] nuncupata Guesner[illegible] dioc. ad
quam sicut accepimus dilecti filii Nobiles illius patroni singularem gerunt devotionis affectum in debita veneratione habeatur et a christifidelibus
congruis frequentetur honoribus ipsique christifideles eo libentius devotionis causa ad dictam ecclesiam confluant ac eorum devotio ibidem ferventius
exerceatur quo exinde pro animarum suarum salute maiora spiritualia dona se adipisci posse cognoverint De omnipotentis Dei misericordia ac
beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi prefate ecclesie Rectori seu parrocho et aliis ipsius ecclesie presbyteris et parrochianis ut deinceps per-
petuis futuris temporibus in Annuntiationis Assumptionis Purificationis beate Marie virginis et sancti Alberti ac eiusdem sancti Jacobi necnon illius
Dedicationis festis diebus sanctissimum Eucharistie sacramentum in processionibus ipsis diebus faciendis circum dictam ecclesiam libere et licite
deferre possint auctoritate apostolica tenore presentium de specialis gratia indulgemus Ac omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus vere penitentibus et con-
fessis qui dictis processionibus in festis et dedicationis huiusmodi diebus fieri interfuerint ac pro pace inter principes christianos conservanda necnon sancte
Matris ecclesie exaltatione heresumque extirpatione pias ad deum preces effuderint quo die utrorum id fecerint Septem Annos et totidem Quadragenas
de iniunctis eis aut alias quomodolibet debitis penitentiis auctoritate et tenore presentium misericorditer in domino relaxamus Illis vero qui processioni in die festo
eiusdem sancti Jacobi ut premittitur interfuerint ac et vere penitentes et confessi ipsum sanctissimum sacramentum sumpserint Plenariam omnium peccatorum
suorum Indulgentiam et remissionem in forma ecclesie consueta [illegible] et misericorditer in domino concedimus et elargimur presentibus quoad ipsas
relaxationem et indulgentiam ad viginti Annos tantum [illegible] perpetuis [illegible] temporibus valituris atque dura-
turis Volumus autem si ecclesie prefate vel aliis alias [illegible] perpetuo vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos
concessa fuerit huiusmodi presentes nullius sint roboris vel momenti Datum Rome Apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice
Millesimo quingentesimo septuagesimo nono [illegible] Julii pontificatus nostri Anno Octavo

gratis [illegible]

Helanus

Tib.

F. Bellier

Franc. Bellottus pro Magris

A. Berengus

[illegible]

C. [illegible]

M. Angelus Spatha

Has Indulgentias praedictas, ad laudem Dei omnipot. et in honorem Beatae Mariae Virginis, omniumque Sanctorum [illegible] christianorum fidelium aedificationem, Jacobus Albertus Sokolowski de Maiori [illegible], Nicolai Sokolowski Tribuni Crusvicien. filius Romae existens propriis suis impensis expedire ac obtinere [illegible] non sine difficultate curavit. Die dominica [illegible] mensis Julii. Anno Salvatoris Millesimo Quingentesimo septuagesimo nono.

Anno 1589 sexta Die Lunae vero
mensis decembris Rndissimus Pater Dnus Stanislaus
Karnkowski Dei Gratia Archiepus Gnesnensis Legatus
natus Regni Poloniae Primas Literas [illegible]
[illegible] ad Ecclam Wrat[illegible] confirmavit et appro-
bavit